



Leopoldus ille filius fuit **Leopoldi** ducis **Austriae** & **Helene** **Vngariae** reginę. Is post fratrē Fridericum immatura morte sine liberis abreptū, ob plurimas animi & corporis dotes **Austriae** & **Styriae** dux electus fuit. Eas regiones is magna exteritate administravit, & cōtra hostes fortiter defendit, ita ut **Gloriosus** cognominatus fuerit. Cū enim Emericus post fratris obitum in eius absentiā Austriam īnuasisset, Leopoldus accurrens se se ei fortiter opposuit, atq; hostem eō redegit, ut Episcoporum quorundam interuentu pacē cum **Austriacis** īire coactus fuerit. unde Leopoldus tum baltheo militari donatus fuit. Postea autem ne **Vngari** facile per Leytam fluum in **Austriam** irrumperent, ibidem nouam ciuitatem condidit, ut eos incursione arceret. Habitabat autem ipse **Viennæ**, & priori principum habitatione Carmelitis concessa, nouam arcem condidit.